







1. Fe
2. Fe
3. Fe
4. Fe
5. Fe
6. Fe
7. Fe
8. Ha
9. Ha
10. Ha
11. Fe
12. Fe
13. Fe
14. Fe
15. Fe
16. Fe
17. Fe
18. Fe
19. Fe
20. Fe
21. Fe



1. Faust de visu. 1684.
2. Fehr de origine hydrope utriusque ovarii. 1769.
3. Fels de glandulis conglobatis. 1774.
4. Fels aër vitæ et sanitatis moderator. 1781.
5. Ferckel De Dysenteria. 1742
6. Fleisch; De passione Siliaca. 1725
7. Fleisch; De luxatione ossis femoris variose 1723.
8. Fleisch; De oallo 1681
9. Flaithland; De rabie canina 1780
10. Rügg; De malo hysterico 1750
11. Forst; De febribus inflammatoriis in genere 1747 1762
12. Frank De cura nephritidii calculosæ tabæ acutæ lethali cæcæ
13. Frensdorff. De partu præternaturali arietis officini ob providentiam
auxiliuli jumi bellicalis 1749
14. Freitag De orthocenters et bubonare Hevetiæ insolis 1765
15. Freitag; De cataracta. 1771
16. Frederic. De ulcerina gravidarum hæmorrhagica 1733.
17. Tried De cordis palpitatione 1760
18. Triest Memorab. carum in viæne de emolliatione urinæ
cum epirrin. 1775
19. Tries De morbo Herculis vulg. epilepsia 1734.
20. Trison De hæmorrhoidibus 1754.
21. Fuchso De affectibus cum zona portæ 1768



Q. D. B. P. 2

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
SISTENS
VIRGINEM
HYDROPE UTRIUSQUE OVARII
CUM ASCITE CONJUNCTO LABORANTEM
QUAM

DIVINIS SUB AUSPICIIS
EX CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ

**PRO LICENTIA
GRADUM DOCTORIS**

ATQUE PRIVILEGIA RITE CONSEQUENDI
SOLENNI ERUDITORUM CENSURÆ SUBMITTIT

JOHANNES JACOBUS FEHR

St. GALLO-HELVETUS

AD D. XXI. JULII A. R. S. MDCCLXII.

H. L. Q. C.



ARGENTORATI

Ex Prelo JOH. HENRICI HEITZII Universitatis Typographi.

EM,
anc,
asti,
atio-

no-

man-

gida

men

m
IDIS.

G. D. R. X.
DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICAE

SISTENS

VIRGINEM

HYDROPE UTRISQUE OVARII
CUM ASCITE CONIUNCTO LABORANTEM

QUAM

DIVINIS SUI SUSPICIIS

EX CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSE FACULTATIS MEDICAE

PRO LICENTIA

GRADUM DOCTORIS

ATQUE PRIMUM RITE CONSERVANDI

SOLIMNI ERUDITORUM CENSURAE SUBMITTIT

JOHANNES JACOBUS FEHR

ST. GALLO-HELVETUS

AD D. XXI. JUNII A. R. MDCCCLXII.

M. D. C. C.

ARGENTORATI

PER JOH. HENRICH HELMICH DITZDORFENSIS TYPOGRAPHUM



ALMÆ PATRIÆ
ILLUSTRIS ET FLÖRENTISSIMÆ
REIPUBLICÆ ST. GALLENENSIS
PATRIBUS

*VIRIS MAGNIFICIS AMPLISSIMIS
NOBILISSIMIS PRUDENTISSIMIS*

DN. DANIELI HOEGGER
CONSULI REGENTI MAGNIFICO

DN. JOH. JAC. STEINMANN

DN. CASPARI BERNET

VIRIS CONSULARIBUS

GRAVISSIMIS MERITISSIMIS

RELIQUISQUE

DNN. PROCONSULIBUS
SENATORIBUS ET TRIBUNIS

SPECTATISSIMIS DIGNISSIMIS

PATRIÆ PATRIBUS

GRATIOSISSIMIS



NEC NON
EJUSDEM REIPUBLICÆ

ARCHIATRIS

EXCELLENTISSIMIS

CETERISQUE MEDICINÆ DOCTORIBUS

EXPERIENTISSIMIS

PATRONIS SUMMIS

INAUGURALEM HANC DISSERTATIONEM

D. D. D.

JOH. JAC. FEHR,





MORBI

ET

SECTIONIS CADAVERIS HISTORIA.

V Irge quædam inter annum ætatis quadragesimum & quinquagesimum constituta, mensium fluxum nunquam experta, die 17. Julii 1761. in Argentinensium Nosodochio civili inopinato vitam cum morte commutavit. Quinque circiter ante obitum annos, tanquam mente aliquo modo capta, in pauperum alimentariorum numerum recepta est. Ab eo jam tempore de continuis in abdomine sese exferentibus molestiis, acsi vivum quoddam animal inibi commoraretur, querelas agebat; verum ejus contubernalis ob mentis imbecillitatem partim, partim quoniam & potus & victus intemperantiæ dedita erat, hæc vilipendebant querimonias, neque eis fidem adhibebant. Sex circiter ante obitum menses, ut justam patratæ delicti pœnam evitaret, e Xenodochio aufugit, & aliquot menses cum propinqua morata, tantos apud eam in vini liquorumque spirituosorum potu commisit excessus, ut die nocteque mero vel vini spiritu obruta quasi cerneretur. Verum enim vero qualem fecit sementem, talem quoque messuit: Hydrope enim Ascite corripiebatur. Denuo igitur in dictum Nosocomium recipiebatur; sed præscriptam ab Experimentissi-

A

mo

M

2



mo Medico ordinario dietam flocci pendens, a longo jam tempore consuetum vitæ genus continuavit, atque clanculum gratum adeo palato liquorem non delibavit, sed ingurgitavit. Tandem, postquam die 16. Julii vesperi magnam acetariorum quantitatem ingessisset, sequenti die hora matutina tertia capite e lecto propendente exanimis reperta est.

Audita morte Excellentissimus Dn. PFEFFINGER, *Med. Doct. Anatom. & Chirurg. P. P. O.* celeberrimus, Patronus, Fautor, Præceptor & Hospes meus omni honoris cultu prosequendus, demortuæ cadaver anatomico subjecit cultro, ut in morbi, symptomatum & improvise mortis causam inquireret, & abdominalium viscerum statum exploraret. Aperto itaque abdomine plus quam octo mensuræ aquæ, quæ 32. libras adæquant, effluebant. Evacuata omni aqua insignis atque durus in hypogastrica regione perentiscebatur tumor, quem vero Omentum, quocum mediantibus viginti tribus membranaceis diversæ magnitudinis laciniis coaluerat, visui subtrahebat. Ipsum Omentum subfusco tinctum erat colore & minimum digitum crassitie adæquabat. Discissis laciniis remotoque Omento tumor ipse in conspectum prodibat; longiusculus, inæqualis erat, & in umbilicalem usque regionem ascendebat; cum penitus in eundem inquireret Vir Excellentissimus, Ovarium sinistrum, quod saccum e crassa atque tenaci membrana confutum referebat, & ichorosa materia repletum erat, esse cognovit. In regione labii interni cristæ offis ilei prope superiorem ilei spinam dextri lateris alius conspiciebatur tumor figuram & magnitudinem majoris vesiculæ felleæ imitans; erat is Ovarium dextrum materia purulenta plenum. Uteri corpus ex undecim duris nodis quasi compositum videbatur, ejusque collum longitudine sex fere adæquabat pollices. Aderat præterea vaginæ uteri prolapsus, reliqua abdominis viscera, intestinis exceptis, quæ hinc indurata erant, nullam labem ostendebant.

Uterum non tantum, juxta HIPPOCRATIS effatum (a), omnium eorum morborum, qui fequiori feXu proprii apud Machaoniae Artis filios audiunt, fed & multorum ex iis, quos cum nobiliori feXu communes habent, primariam eſſe cauſam, quilibet, qui veterum æque ac recentiorum ſcripta evolvere voluerit, nobiſcum cõſitebitur. Inter ſtupendum vero morborum numerum, qui ex Utero; tanquam ex Pandoræ pyxide prodeunt, Menſium Ataxia agmen ducit. Hanc enim, ceu fecundiffimam morborum matrem, ſexcenta generare mala & quotidiana docet experientia (b), & præfixa Diſſertationi hiſtoria confirmat.

(a) *De locis in homine, Sect. IV. p. 421. Edit. Foëſii Frf. 1624.*

(b) Ex innumeris, quos hac occasione allegare poſſemus, Auctori- bus unicum nominaffe FRID. HOFFMANNUM ſufficiat, qui in *Med. Rat. Systemat. T. IV.* atque *Med. Conſultat. germanico idiomate* Hal. Magdeb. edit. innumeris probat obſervationibus, nullam fere in corpore ſuperſeſſe partem, in qua non peculiarem producere valeat morbum Catameniorum anomalia; e. g. in *Capite* pertinaces Cephalalgia, Hemicrania, Vertigo, Apoplexia, effrenes Narium Hæmorrhagiæ; in *Collo* Angina; in *Pectore* Aſthmata ſicca & convulſiva, Cordis Palpitatio, Pleuritis, Hæmoptiſis; in *Abdomine* Hyſterica paſſio, Hypochondriacum Malum, Vomitus cruentus, Miſtus cruentus, Nephritis, Calculus, Uteri Inflammatio, hæmorrhagia, Scirrhus, Cancer, Aſcites; in toto *Corpore* mali moris Apoſtemata & Ulcera, Convulſiones, Paralyſes, Tabes, Hæmoptica, Chloroſis, Cachexia, Hydrops, Scabies &c. eandem ſequi ſolent.

S. II.

Virginem noſtram nunquam lunare ſolviſſe tributum, in limine ſtatiſm Hiſtoriæ monuiſmus. Cum vero a naturaliſ hujus excretionis defectu partim, partim a commiſſis ab illa in diæta regulis erroribus, inprimis vero a deteſtabili ſpirituoforum liquorum

liquorum abusu morborum, quibuscum confictata est, syndromen jure deducimus; ut nostri casus analysin ab hac sanguinis per uterum evacuatione ordiamur, atque ea, quæ eandem illustrare possunt, proponamus, ordinis ratio postulat.

§. III.

Mensum (a) fluxus est periodica boni (b) & laudabilis sanguinis ex utero evacuatio singulis revertens lunæ (c) circuitibus, sive post viginti circiter octo dierum intervallum, in foeminis pubertatis annos ingressis, ad imminuendam plethoram & restituendum solida inter & fluida deperditum æquilibrium, ut & alendum graviditatis tempore factum contingens.

- (a) Varia hujus evacuationis synonyma vid, in ROBERTO A CASTRO *univers. Mulieb. Morbor. Medicin. P. II. L. II. Cap. IX. p. 76* HEIDENRICH *Dissert. de Mens. Suppress. Jen. 1706. p. 4.*
- (b) Sanissimum esse sanguinem, qui menstruo tempore ex foeminarum genitalibus profluit, HIPPOCRATES jam in cedro dignis suis affirmavit operibus, dum *Sect. III. de Natur. Puer. p. 239.* dicit: „ Prodit autem velut a victima sanguis, si bene habeat & bene habitura sit mulier citoque concrevit. „ Notandum autem probe, victimas, nisi sanissimæ essent, minime potuisse litari Diis. Jure ergo meritoque inter somnia & nugas referendum quidquid veterum æque ac recentiorum aliqui de venenata & erodente menstruorum natura somniant, quibus tantam affingunt vim, ut maculis specula foedarentur, immo retro vitrum hærens mercurii amalgama deleteretur, si momento tantum ea inspexerit menstruata mulier. Non quidem negamus, insignem quandoque hunc sanguinem acrimosiam, sed per accidens. acquirere posse, quando scilicet sub purgationis finem pars quædam inter sinus pudoris plicas stagnat, quæ in ardentissimis ad æquatorem sitis regionibus intra sex, octo vel decem horas in foetidissimam abire putrilaginem solet.
- (c) Ab hacce periodo denominationis ratio derivanda videtur; quando enim legitime fluunt menstrua, peracto lunari mense, ut plurimum repetere solent. Ceterum victus lautus & otiosa atque curarum expers vita eorundem recursum multum accelerare solet, ita ut bis imo ter in mense appareant.

§. IV.

S. IV.

Periodica hæc sanguinis evacuatio, si simias, juxta quorundam observationes (a) excipias, humanæ tantum speciei, & quidem fœmineo sexui competit, nec ulla earum ab hac naturæ lege alias (b) excipitur; prostant tamen exempla fœminarum, quæ eandem nunquam (c) expertæ sunt. Nec primæ eruptionis, nec ultimus menstruorum terminus sive cessatio certo atque speciatim (d) determinari potest; in nostris tamen regionibus, elapso circiter secundo ætatis septenario, ut plurimum prima apparere vice, & circa septimi finem iterum cessare solent. Ita & cujuslibet periodi duratio (e) & excreti qualibet vice sanguinis quantitas mirum in modum differunt.

- (a) Simias biduo triduoque menstrua pati in *E. N. C. Dec. III. ann. 9. 10. obs. 217.* tradunt. RODERIC. A CASTRO quidem *l. c. p. 77.* alia quoque animalia, equas scilicet, vaccas & canes huncce fluxum experiri dicit; verum probe a mulierum mensibus illum distinguendum esse liquorem, qui sub annuæ pruriginis tempus ex brutis stillat, *Illustr. DE HALLER in Annotat. ad Barbavii Prælect. Academ. T. V. P. II. not. r. p. 95.* monet.
- (b) Si fœminæ sanæ sunt, omnes & singulæ hocce naturæ tributum stato solvunt tempore; excipiendæ tamen imprægnatæ & lactantes, quippe quæ hisce sub circumstantiis a mensium fluxu immunes vivere naturaliter solent. Dicimus, naturaliter: prostant enim exempla gravidarum, quæ non solum primis post imprægnationem mensibus, sed & toto gestationis tempore huncce passæ sunt fluxum. Magnum hujus generis observationum numerum ex diversis Auctribus, quibus addere licet SCHENKIO *Obs. Med. L. IV. Obs. XX. p. 574.* recenset *Illustr. DE HALLER l. c. p. 240.* hujusque phænomeni causam foetus exiguitati atque debilitati partim, partim eximie matris plethoræ adscribit. Lactantibus menses sine valetudinis incommodo quandoque fluere observavit cit. SCHENKIUS *l. c. p. 630.*
- (c) Hujus asserti veritatem nostra testatur virgo; numerosa alia exempla recenset *Illustr. DE HALLER l. c. p. 96.*
- (d) Hujus difficultatis ratio in climatis diversitate querenda. Quo calidius est clima, eo citius menses apparent & contra. Ita e. g. puellas in quibusdam Imperii Indostanici provinciis octavo vel

decimo jam ætatis anno parere & per consequens etiam menses experiri ex THEVRNOTI *Itinerario* allegat *Illustr. DE HALLER l. c. p. 84.* Præcoces tales puellæ quandoque & in Europa reperiuntur; sic SCHENKIUS *l. c. p. 629. & seq. Obs. I.* meminit puellæ recens natæ ut & alius octidux menstruata; *Obs. II.* puellæ quinquennis & *Obs. III.* octo annorum mensibus obnoxia mentionem facit, & novennis menstruata exemplum ex BARTHOLINO allegat. Quo maturius vero erumpunt, eo citius quoque ut plurimum iterum cessant & contra. Ita v. g. Indostanicas fœminas trigesimo jam ætatis anno effœtas esse, modo allegatus THEVENOTUS affirmat. In Italia & Hispania fœminas trigesimo ætatis anno non amplius parere notum est. Quemadmodum vero menses primæ eruptionis terminum quandoque anticipant, ita interdum etiam diu post superatum 49. annum fluere continuant. SCHENKIUS *l. c. p. 84. Obs. I.* mentionem facit fœminæ, quæ 103. & alius, quæ 84. ætatis anno menstrua patiebatur.

(c) Magna, respectu hujus periodi, observatur diversitas: in fœminis enim, quarum habitus corporis præ aliis spongiosior & laxior est, vitam vivunt a curis atque laboribus alienam, lautam observant dietam & perquam plethorica sunt ut plurimum ad sex vel octo intenditur dies; iis vero, quarum solida strictiora sunt, duris exercent laboribus corpus, sicque abundantem sanguinem aliis modis dissant, biduo, triduo quatrduove; imo citius absolvitur. Ab iisdem his causis quoque diversa excreti sanguinis menstrui quantitas pendet. Hæ enim, exercitæ puta, vix unius uncie pondere sanguinem amittunt; in illis vero, lautis scilicet atque otiosis, quatuordecim, imo viginti uncias adæquat.

§. V.

Uterum naturale hujus excretionis organum esse HIPPOCRATES (a) jam docuit, & ipsa ejus fabrica penitus rimata ut & situs confirmant. Uterus (b) nimirum viscus interius cavum, exterius albicans, mediocriter durum & perquam extensibile est, & extra graviditatis tempus figura complanatam refert lagenulam. Ejus substantia spongioso-vasculosa est, imo ex meris quasi, docente id utero imprægnato, sanguiferis consistari vasis videtur. Arterias enim atque venas a spermaticis partim, partim & præcipue ab hypogastricis habet, tortuoso & flexuoso

flexuoso ductu non solum per ejus superficiem, sed & ipsam substantiam excurrentes: hæc vasa in innumeros dividuntur ramos atque ramulos, frequentes inter se formantes anastomoses, ita ut inflata unica tantum earum, reliquæ omnes distendantur. Arteriæ partim in venas valvulis (c) destitutas abeunt, partim plurimis in uteri cavum hiant ostiis, humorem plorantes blandum, aquoso-mucosum, hocce cavum lubricantem, & ne concreseat, impediens. In ima abdominis parte, in amplissima scilicet sequioris sexus pelvi, vesicam & intestinum rectum inter, liber fere, vixque, nisi superius a mobilibus & facile cedentibus intestinis, pressus locatur.

(a) Vid. ejusd. *Traçtat. de Morb. Mulier.* in cujus I. Libro menses ubique utero adscribit.

(b) Ampliorem qui desiderat uteri reliquarumque muliebrium genitalium descriptionem, REGNER. DE GRAAF evolvat *Traçtatum de Mulier. Organis Generationi infero.* & in specie Cap. VIII. p. 124. WINSLOW *Exposit. Anatom. Traité du Basventre* §. 589. & 590. p. III. 574.

(c) BOERHAVE *Prælect. Acad. I. c.* p. 54. not. a.

§. VI.

Ex iis, quæ (§. præcedent.) de utero diximus, modum, quo menses contingunt, facili explicare negotio poterimus. Quamprimum virgo sana debitam corporis magnitudinem adæpta est, pedetentim plethorica evadit; quoniam ob cessans corporis incrementum, laxiora (a) solida, vitamque sedentariam, quam plurimæ earum agere solent, majorem boni sanguinis quantitatem conficit, quam quæ ad corporis nutritionem requiritur. Superfluis hic sanguis eo, ubi minimam invenit resistantiam, ruit. Talem sanguini locum præbet uterus: 1) quia spongioso-vasculosa gaudet substantia & perquam extensilis est; 2) quia arteriæ uterinæ debiliores (b) sunt, cordisque impetui magis cedunt; 3) quoniam dictæ modo arteriæ focias venas magnitudine (c) exsuperant, & hæc minus distensiles

distensiles sunt, valvulis carent, sanguinemque ad perpendicularum revehunt: major ergo sanguinis quantitas per arterias advehitur, quam per venas revehitur; 4) quia ipsum sanguinis pondus ob perpendiculararem arteriarum decursum, ejus motum ad uterum determinat. Omnis ergo superabundans sanguis in uterum (d) congeritur, & arterias pedetentim distendit; quoniam vero harum extremitates alia in venas transcutunt, alia in uteri cavitatem patent, sanguis majorem in exhalantes arterias, quæ minus resistunt prioribus, impendet impetum, easque sensim sensimque ita distendit, ut primo aquoso-mucosum liquorem majori in copia quam antea, postmodum ferum rubellum, & sincerum tandem sanguinem in uteri cavum stillent; qui deinde per lubricatum & laxatum internum uteri os, ejusque vaginam exitum sibi quaerit. Durat hic sanguinis fluxus tamdiu, donec, soluta plethora, æquilibrium solida inter & fluida iterum restitutum est. Arteriola tunc minus a sanguine distensa, insita ipsi vi, pedetentim ad naturalem redeunt diametrum, retinetur primo sanguis, postea rubellum ferum, tandemque nil nisi aquoso-mucosum liquidum exhalant. Manent in hoc statu cuncta, donec ex allegatis superius causis denuo præsto sit plethora, novæ menstruæ excretionis causa.

(a) HIPPOCRATES *de Morb. Mulier. Lib. I. 30. p. 588.*

(b) BOERHAV. *l. c. p. 10. n. 3.*

(c) *Id. l. c. p. 11. not. a.*

(d) Ex hac sanguinis in utero congestione arteriarumque distensione symptomata mensium fluxum præcedentia, v. g. major in venæ propensio, dolor, calor, pondus in lumbis, pube, inguinibus, febricula &c. optime explicari possunt.

§. VII.

Minime ergo, juxta tritum illud (*Luna vetus veteres, juvenes nova Luna repurgat*) hicce Planeta (a) menstruum hanc evacuationem regit & moderatur. Quotidianæ enim hocce

hocce veterum & quorundam recentiorum assertum repugnat experientiæ; quippe quæ luce meridiana clarius demonstrat, nullam esse lunæ phasim (b), imo nullam inter duas quasque phases intermediam diem, in qua & vetulæ & juvenes quædam pariter menses non patiantur. Multo minus Chemicorum effervescentiæ & fermenta accusanda sunt; hæc enim ut ludibundæ imaginacionis signa diu jam e saniorum Medicorum scholis proscripta sunt. Docuere nempe Chemicum oriri ex sanguinis effervescentia acrem (c) liquorem, eumque in mulierum genitalibus colligi, paulatim augeri, uterum distendere & irritare, sicque fluxum provocari. Verum quibus ad debellanda Chemicorum fermenta, tanquam imaginariam chylicationis, secretionis urinæ, cordis contractionis &c. causam, usus est argumentis *Illustr.* BOERHAVIUS (d), eadem & ad hanc optime quadrant controversiam. Etenim sanæ rationi & experientiæ repugnat hæc de fermentis doctrina. Cur acre illud uteri substantiam non potius corrodat, non videmus? verum blandum esse istum liquorem, qui ex arteriolarum ostiis in uteri cavum stillat (§. V.) diximus, & bonum atque laudabilem esse menstruum sanguinem (§. III.) probavimus. Præterea fermenti hujus ortum indicare ejus nesciunt Patroni. Quid ergo ad astra confugere, definitos quidem, ast incognitos (e) hæcenus naturæ motus atque leges allegare opus habemus, cum ex partium structura (§. VI.) & firmissimis hydraulicæ legibus totum menstruorum negotium ad oculum demonstrare possimus.

(a) RODERIC. A CASTRO l. c. p. 75.

(b) BONETUS *Tbesaur. Med. Pract.* T. III. Lib. V. Cap. XIV. de *Mens. suppress.* p. 83. n. 4.

(c) *Illustr.* DR HALLER l. c. p. 62.

(d) *Prælect. Academ.* T. II. §. 256 p. 470.

(e) REGN. DE GRAAF, l. c. Cap. IV. p. 141.

§. VIII.

Menstruus ergo sanguis extra imprægnationis tempus plethoram

B



thoram (§. VI.) solvit; sub graviditate foetum (a) nutrit, & post partum materiam lactis (b) subministrat, recens nato infanti per tempus in nutrimentum cedit. Quamprimum enim pubertatis attingit annos virgo, huncque semel (c) tantum experta est fluxum, ad concipiendum apta existit. Facta imprægnatione ut plurimum supprimuntur (d) menstrua, & superabundans sanguis in foetus (e) alimentum quamdiu utero includitur, impenditur. Quoniam vero primis gestationis mensibus foetus perquam parvus non omnem consumit sanguinem, pars ejus ad superiora regurgitat, mammaeque (f) distendit, hasque pedetentim ita adaptat, ut, infante in lucem edito, contractis vasis uterinis, & irruenti sanguini majori nunc vi resistentibus, earundem vasa absque majoribus doloribus sufficienter dilatari atque necessarium infantis nutrimentum capere, retinere, eique præbere queant.

(a) HIPPOCRATES *de Natur. Puer.* p. 237.

(b) Vel potius lactans ex eo nutritur, quoniam maxima, quam quotidie ex assumtis conficit alimentis, chyli pars ad ubera fertur, quam infans postea in lac mutatum fugit. Probabilem hanc reddunt opinionem lactis dotes; assumtorum enim possidet vim & proprietates, id quod de sanguine stricte sic dicto nemo affirmabit.

(c) Præstant exempla foeminarum, quæ eundem nunquam passæ tamen peperere. vid. RODER. A CASTRO *l. c.* p. 98. SCHENK. *l. c.* L. IV. p. 556. BONETUS *Thesaur. Med. Præc. T. III. L. V. Cap. XII. p. 104.* SENNERTUS *Institut. Medic. L. I. Cap. X. p. 90.* aliisque.

(d) Vid. *not.* (b) §. IV.

(e) Non in foetus solius nutritionem tantum cedit; sed & Placenta, Membrana foetum ambientes ex eo augmentum capiunt, aniani que liquor secernitur.

(f) Ex hacce mammaram distensione graviditas, antequam ipsa emanerint menstrua, hariolari potest, BOERHAVE *Comment. l. c.* §. 690. p. 437.

§. IX.

Minime vero semper & apud omnes feminas ordinatum &

& secundum naturæ leges hocce menstruorum negotium succedit, sed variis obnoxium esse anomaliis solet. Quædam enim nimium, quædam nimis parcum illud experiuntur. In aliis sanguinis loco serum loturæ carnis simile, aut mucus albicans, acris apparet. Apud hanc tranquille & placide succedit, apud illam varia, modo majora, modo minora, incommoda fluxum antecedunt & comitantur. In quibusdam sanguis non interrupta ferie effluit, in aliis fluxus per octo, duodecim horas, imo integram diem & ultra filet & postea denuo apparet. In his menstruæ periodi anticipant, in illis postponunt. Quædam ante secundum ætatis septenarium jam eundem experiuntur, aliæ vero, quamvis molimina ad eundem perfertificant, longo tempore post dictam periodum demum lunare tributum solvunt; in aliis plane nunquam apparet, sed præter naturam emanet. In quibusdam diu ante septimum septenarium menses fluere cessant; in aliis longe ultra eundem quolibet mense apparent.

§. X.

Varia hæc (§. præced.) recensita menstruerum vitia innumeris fere morbis (a) ansam præbere solent; quoniam vero nimis prolixum & a scopo nostro alienum foret, si singulorum horum vitiorum causas & effectus evolvere atque dilucidare vellemus, missis reliquis morbis, tantum de mensium emanatione, qua & nostra laboravit virgo, quædam adhuc monenda erunt. Plenarius mensium defectus per totum vitæ decursum sese extendens Menstruorum Emanatio audit. Solite hæc ab eorundem suppressione & cessatione distinguenda est; prius de menstruis, quæ antea fluxerunt, nunc vero quæcunque ex causa per tempus deficiunt, dicitur; posterius menses per ætatem non amplius apparere indicat.

(a) §. I. not. (a)

§. XI.

Causa præternaturalis hujus emanationis vel in ipso corpore, vel extra illud quærenda est; quandoque utraq̃ue simul concurrunt. Interna quidem causa vel in solidis, vel fluidis corporis, vel in utrifque hæere solet. Solida quod attinet, vel totus accusandus est uterus, quando scilicet primo statim ortu vel post eundem variis ex causis ejus substantia durior (a) fit, unde irruenti sanguini non cedit; vel partes quædam uteri in causa sunt, quando scilicet arteriæ uterinæ majus possident robur, a vicinarum partium tumore comprinauntur, nimiumque angustantur, a materia viscida obstruuntur, eorundem orificia in cavum uteri hiantia a cicatrice post ulcus relicta, carne (b) aut membrana illis obnata præternaturaliter occluduntur, quando uteri vagina post prægressam insignem lesionem coalescit, aut externum ejus orificium (c) non hiat. Fluida vel quantitate, vel qualitate, vel perverso motu peccare possunt. Ratione quantitatis vel ad sanguinis nimiam copiam, vel inopiam respiciendum est; si sanguis nimium abundat, majora uteri vasa ultra modum distensa minora ita comprimunt, ut sanguini aditus in eadem præcludatur: quodsi vero sanguis nimium deficit, neque majora, neque minora in uteri cavum hiantia vasa debito expandi modo possunt. Ratione qualitatis sanguinis crassities, viscedo & cacochymia accusandæ veniunt, his enim progressivus & intestinus ejus motus retardatur, vasa obstruuntur. Perverso motu sanguis peccat, si ex quacunque causa non in debita quantitate versus uterum determinatur, sed ad alias corporis partes ruit, perque eas (d) excernitur.

(a) Uterum immense tumentem planeque scirrhosum, atque alium fere cartilagineum vid. in BONETI *Anat. Pract. T. II. L. III. Sect. XXXIV. Obs. IV. §. 2. §. 3. p. 65.*

(b) Hujusmodi excrescentiæ carniæ utero undiquaque adnexæ meminit BONET. *l. c. Sect. XXXII. Obs. III. p. 36. §. 37. Nom. solum*

Solum vero carnes, sed & lapides in utero nasci multis confirmat exemplis SCHENKIUS *l. c. p. 649.* BONETUS *l. c. Sect. XXXV. Obs. VII. §. 3. p. 80.*

(c) Tales foeminae *Aivetae* sive imperforatae audiunt. Præternaturalis hæc genitalium occlusio aut protinus in matris utero, aut ex harum partium exulceratione post partum contingit. Plures de Aretis observationes recenset SCHENKIUS *l. c. p. 549. § seq.*

(d) Nullam fere esse corporis partem, ex qua menstruorum loco sanguis periodice non prodierit plurimis confirmat observationibus SCHENKIUS *l. c. Obs. I. XIV. p. 633. § seq.*

§. XII.

Ad externas sive occasionales causas referri merentur:
 1) Aer frigidus, Aquilonius (a) vasa nimium constringens ut & siccior atque calidior dissipando fluidiora humores incrasans. 2) Cibus & Potus quantitate & qualitate peccantes. Sic inedia sanguinis inopiam post se ducit & sufficientis potus neglectio sanguinem spissum reddit, lauta vero diæta nimiam plethoram generat. Cibi crudi (b), visceri, calidiores aromatici nimiumque saliti, adstringendi vi præditi sanguinem crudum, tenacem cacochymicum gignunt. Potus frigidus corpore calente haustus ut & spirituosus sanguinem densum minus fluxilem reddit. 3. & 4) Somnus nimius & vita otiosa sedentaria solida labefactando humorum motum retardat, fluida inspissat, omnesque se- & excretiones tandem imminuit & tollit; immodicæ vero vigiliæ corporisque motus diuturnior & vehementior, duri & continui labores spiritus dissipando & fluidiora per sudorem expellendo solidorum naturalem tonum infringunt, sanguinis superabundantem partem consumunt, ejusque impetum non ad uterum, sed ad corporis superficiem dirigunt. 5) Excreta naturæ leges excedentia; v. g. sudores nimii, venæsectiones frequentiores & copiosiores (c), hæmorrhagiæ narium, hæmorrhoides immodicæ &c. plethoram aliis modis solventes. 6) Ex animi pathematibus moeror & tristitia diuturnior solidorum tonum imminuendo, sanguinem inspissant atque cacochymiam ansam præbent.

- (a) Hinc menses in Septentrione rariores & Grœnlandiæ indigenæ pube & mensibus destituuntur. HALLER *l. c. §. 657. not. a. p. 81.* Huc quoque referre licet habitatio in locis humido-frigidis; frequens pedum in aquam frigidam immisio &c.
- (b) Tales sunt lac, caseus, panis recens e clibano extractus, massæ frizæ minus fermentatæ, pinguiores placentæ, ova dura; infolita ingesta, v. g. carbones, creta &c. abusus remedium adstringentium, opiatorum, incrassantium &c.
- (c) Tapuyas fœminas pubertatis tempore suas filias incisionibus per femora lacerando a mensium periculo ita liberaræ, ut per totam vitam nullos patiantur, ex LERY allegat *III. HALLER l. c. p. 65.*

§. XIII.

Quamvis reperiantur fœminæ, quæ per totum vitæ decursum nulla (a) a mensium emanatione sentiant incommoda, imo quædam pepererint (§. VIII. not. c.); plerumque tamen plurimæ earum vix pubertatis annos egressæ variis excruciantur pathematibus indies auferentibus, tandemque aliæ citius, tardius (b) aliæ, gravissimis obruuntur morbis, ita ut totum vitæ curriculum mirabilem malorum telam vocare jure queas. Insignis hæc morborum cohors a sola pendet plethora. Quando enim pubertatis annis superfluis sanguis consueta mensurorum molimina excitat, verum ob recensitas (§. XI. & XII.) causas uterus exitum eidem denegat, tunc partim in hoc viscere stagnat, partim ad alias corporis partes ruit, mora corrumptur, totam pedetentim inquinat massam, corpus cachecticum reddit, tristissimisque tragedias ludit. Ab initio quidem de spontanea quadam artuum lassitudine tantum querelas agunt, postea & pectoris angustia, difficilisque post levissimum quoque motum, & imprimis sub acclivium ascensione respiratio accedit; vividus corporis floridusque faciei color in pallidum, cachecticum mutatur; suaviter olim rubescens labia ex viridi nunc & flavo exsanguia pallefcunt colore; fulgore splendentes antea oculi languidi atque nubili, turgidis palpebris, livido cinguntur circulo. Totus corporis habitus cum majori

majori vel minori vasorum intumescencia in aliis turgidus, constrictus in aliis observatur. Graves insuper vel in antica, vel postica capitis parte, vel in alterutro latere quandoque ad cervicem & scapulas usque sese extendentes persentiscunt dolores; frequenti excruciantur cordis palpitatione; tenivis & spasticis in abdomine & circa lumbos vexantur doloribus. Appetitus modo nimius, prostratus modo, ut plurimum tamen ad acida potius & frigida, quam calida, imo ad insueta interdum fertur. Pulsus nunc æqualis, nunc inæqualis, mox celer, mox tardus micat. Sudor interdum nimius, interdum nullus fuit. Urinam aliæ pallidam, flammeam aliæ, crassam & turbidam mingunt. Somnus terrificis interruptus insonniis, vel modum excedit, vel plane deficit. Animus fit tristis, solitudinem amant, & levissima ex causa uberrimas fundere lacrymas solent. Descripta hæcenus symptomata leviora tantum tragicarum subsequens scenarum præludia sunt. Quo magis enima fluida a naturali sua crasi recedunt, & solida naturalem tonum pedetentim amittunt, eo peiores quoque in dies morbi, superius jam (§. I. not. b.) recensiti procedunt.

(a) SCHENKIUS *l. c. p. 556.*

(b) RODER. A CASTRO *l. c. p. 77.*

§. XIV.

Virgo nostra sine dubio circa pubertatis annos molimina ad menstruum fluxum persensit; verum vitæ genus durum, quod ob rem angustam domi a tenera jam ætate forsitan egit, naturale solidorum robur ita adauxit, ut pubertatis tempore irruenti sanguini uterina vasa non sufficienter cederent: crudum vero & discepti cibi, quos eadem ex ratione quotidie assumpsit, crudum, spissum minusque mobile generarunt sanguinem, qui ideo ad vasa minima in uteri cavum hiantia (§. V.) pertingere, eaque debito modo dilatare (§. VI.) minime potuit, hinc mensium emanatio. Cum autem progrediente ætate graviores

graviore in diæta committeret indies errores, & quotidie haud parvam vini spiritus ingurgitaret quantitatem, non solum præsentem jam humorum discrasiam, inprimis lymphæ spissitudinem, adauxit; sed & naturalem ventriculi intestinorumque tonum pessum dedit; turbabatur exinde digestionis negotium, uberrimi generabantur flatus, qui in intestinorum tractu hinc illinc vagantes, viventis alicujus animalis motus æmulabantur. Spissus vero in majoribus uteri arteriis hærens sanguis per collateralia vasa in revehentes transibat venas partim, partim ad vicinas uteri partes, ovaria inprimis, & abdominalia regurgitabat viscera, sicque varia hypochondriaco-hysterica pathemata excitabat. Tenax autem in minimis uterinis vasculis stagnans lymphæ multæ istis atque duris in uteri corpore repertis nodis præbebat.

§. XV.

Præter hancce uteri duritiem duplici adhuc atque fontico morbo, utriusque scilicet ovarii & abdominis hydropæ nostram laborasse defunctam, ex morbi historia patet. Ut ergo & de hoc morbo, præmissa prius succincta ovarii anatomica descriptione, scitu quam maxime necessaria proferamus, dicendorum ratio postulat; ita enim eo clarius patefcet, quomodo ex mensium emanatione ovariorum hydrops oriri, hunc autem ascites excipere & comitare potuerit.

§. XVI.

Longiuscula ista, albicantia & figura complanatum ovum referentia corpora, quorum in utroque uteri latere unum fundo ejus mediante brevi rotundo ligamento annectitur, Ovaria (a) audiunt. Externa eorundem superficies in virginibus æqualis, in fœminis vero, quæ sæpius partum edidere, inæqualis & aspera existit. Duplicaturæ posterioris alæ lati ligamenti

menti includuntur. Duplici constant membrana, una externa, molli, facile dilatabili, a peritoneo producta; altera interna, propria; externa firmiore, albicante, in innumeras divisa cellulas, nullum inter se alentes commercium, pellucidis, sphaeroideis vesiculis, liquorem ovorum albumini similem continentibus, & mediante pedunculo propriae ovarii substantiae adnatis, Ovula dicuntur, hospitium praebentes. Arterias habent ovaria hypogastricarum & spermaticarum propagines, innumeris gyris & circumvolutionibus mirum in modum intortas, frequentesque non solum inter se, sed & cum reliquis internarum partium genitalium sanguiferis vasiformantes anastomoses, venasque socias ejusdem nominis & distributionis. Innumeris praeterea instructa sunt & arteriosis & venosis vasis lymphaticis, nutritium succum advehentibus, & superfluum revehentibus. Cuncta haec vasa in ipsa ovariorum substantia in infinitos subdividuntur ramulos minores emittentes furculos, qui dictas superius cellulas non solum irrigant, sed & ad ipsa protensi ovula debitum ipsis nutrimentum advehunt.

(a) WINSLOW *l. c.* §. 604. p. m. 575. & seq. WILLI *Stupend. Abdom. Tumor.* §. 7. & 8. in *Illustr. HALLERI Tom. IV. Disputat. ad Morbor. Histor. & Curat. facient.*

§. XVII.

Descripto sano ovariorum statu, pedem nunc ad morborum eorundem habitus evolutionem; Hydropem puta, promovemus. Ut vero hoc, filo non disrupto fieri queat, specialiori huic pertractioni generaliora quaedam de Hydrope praemitenda sunt.

§. XVIII.

Hydrops praeternaturalis feri, vel toto in corpore, vel certa tantum cavitate, aut parte una, aut pluribus simul collectio

C &

& stagnatio est, cum plus minusve notabili affectæ partis tumore conjuncta. A Græco ὕδωρ aqua, & ὄψις visus, oculus, derivatur, quoniam pallidus atque tumidus corporis habitus intuenti hydropicum abundantis intus ferosæ colluviei suspensionem illico movet. Germanico idiomate, die Wasserfucht, audit.

§. XIX.

Dividere solent Hydropem in universalem & particularem. Universalis dicitur, quando universus corporis habitus extravasata tumet aqua; hujus duæ dantur species; LEUCOPHLEGMATIA & ANASARCA, gradu tantum inter se differentes. Illa quippe primum universalis hydropis constituit gradum, levior curatuque facilior est, & aqua, in pinguedinis tantum cellulis, collecta stagnat. In hac vero carnes, ob majorem humorum corruptelam, in saniosum quasi colliquantur succum, cutis ex atro viridescente foedatur colore, gravior existit, difficilisque tollitur (a). Particularis vocatur, quando in hac vel illa tantum corporis parte effusa hæret aqua. Variæ hujus recensentur species.

HYDROCEPHALUS. Si caput ab aqua præter naturam expletur & extenditur (b). Est vel externus vel internus. Externus adest, si vel externam capitis cutem inter & Pericranium, vel inter hoc & Calvariam vitiosa reperitur lympha (c). Internus appellatur, si ipsam Calvariæ cavitatem extravasatus occupat humor. Hic in multas alias subdividitur species. Vel enim tota cerebri substantia in limpidam pellucidamque, mole indies auferentem, caputque mirum in modum distendentem (d) transmutatur aquam; vel humor cranium inter & duram matrem (e) hæret; vel cerebrum inter atque membranas illud cingentes extravasatur; vel cerebri ventriculos (f) replet; vel serum in peculiari a dura vel pia matre formato sacco, dictas modo tunicas inter & cerebrum aperitur (g).

BRONCHOCELE. Si lympha in anteriore colli parte cutem inter & asperam arteriam stagnat (h).

PECTORIS.

PECTORIS HYDROPS. Si in alterutra aut utraque pectoris cavitate aqua præternaturaliter colligitur.

PERICARDII HYDROPS. Si in Pericardii sacco inclusa stagnat aqua.

ASCITES. Si in Abdominis cavum lymphæ emittitur.

HYDROPS UMBILICALIS. Quando aqua in umbilico collecta tumorem efformat.

HYDROPS OMENTI. Cum lymphæ omento ceu sacco includitur.

HYDROPS PERITONÆI. Si intra Peritonæi duplicaturam aqua coacervatur (*j*).

HYDROPS UTERI. Tres sub se comprehendit species. Vel enim aqua in ipsa uteri cavitate (*k*) hæret, vel in fallopianis tubis (*l*) colligitur, vel ovaria sero inundantur (*m*).

HYDATIDES. Sunt vesiculæ aqua repletæ in variis abdominis visceribus quandoque reperiundæ.

HYDROCELE. Si ab effusa in seroto ejusque contentis partibus aqua tumor oritur; cujus variæ ab Auctoribus recensentur species: v. g. Tunicæ Darti; Musculi Cremasteris; Tunicæ vaginalis Testiculi; Funiculi spermatici; sacci ex producto Peritonæo præsentis Oscheocele, vel etiam relicto post reposita intestina in seroto sacco (*n*).

SPINA BIFIDA DORSI. Est tumor ad ossis sacri initium conspicuus; ab aqua in spinalis medullæ cavo collectæ, vertebraeque findente formatus: ut plurimum interno hydrocephalo junctæ occurrit (*o*).

OEDEMA. Est tumor aquosus in hac vel illa tantum externa corporis parte, pede scilicet, manu &c. ortus.

(a) HOFFMANN, *Med. Ration. System.* T. IV. P. IV. C. XIV. §. 5. p. 424.

(b) NENTER, *Fundam. Med.* T. II. Tab. CXVI. C. V. p. 264.

(c) ARTIUS *Tetrabl.* 2. Ser. 2.

(d) Hujus speciei exemplum vid. in *Recueil Period. d'Observations de Med. Eccl.* Tom. III. Mois Sept. p. 227. Sqq. Mois Nov. p. 181. Sqq. Tom. V. m. Fevr. pag. 83. Sqq. HILDANUS *Cent.* 3. obs. 17.

- BLANCARD. *Collect. Phys. Med. Cent. I. Obsf. 73.* WEPFER. *de Apoplex. hist. 13.*
- (e) REGIUS *Prax. Med. cap. 13.*
- (f) VESALIUS *de Human. Corpor. Fabric. L. I. ZACUTUS Prax. Med. admirab. L. I. HILDANUS Cent. I. obsf. 10. TULPIUS Obsf. Med. L. I. cap. 24. KERCKRING Obsf. Anatom. 46.*
- (g) ZACUTUS *l. c. obsf. 5. TULPIUS l. c. cap. 25.*
- (h) KRISTER. *Chirurg. P. II. Sect. III. c. 103. p. 724.*
- (i) SCHEFFLER. *Histor. Hydrop. sacc. in Illustr. HALLER. Disputat. l. c. p. 283. BONETUS l. c. T. II. L. III. S. XXI. additament. obsf. 41.*
- (k) LUDWIG. *Institut. Med. P. I. Tr. II. c. 2. p. 207.*
- (l) TULPIUS *l. c. L. IV. obsf. 45. SCHENKNIUS L. III. obsf. 67. ROLFINK. de Organ. Genital. cap. 20.*
- (m) Præter nostrum casum plura alia exempla reperies in *Ill. HALLER. Disput. l. c. p. 378. 449. BONETO l. c. obsf. 47. 71. 72.*
- (n) SPACCHI *Dissertat. de Sarco-Hydrocele Argent. 1761. §. 8.*
- (o) LUDWIG. *l. c. §. 469. p. 207.*

§. XX.

Ovarii Hydropem, particularis Hydropis speciem esse ex tradita (§. præced.) divisione patet. Est vero alterutrius (a) vel utriusque ovarii præternaturalis major minorve tumor sive excrescentia, ab acri, plus minusve copioso & in diversis subjectis diversæ consistentiæ (b) & coloris, ovula cum cellulis quandoque (c) corrumpente, & inter hujus organi membranas effuso atque collecto sero ortum ducens.

- (a) Alterutrius ovarii hydrops frequentius, quam utriusque occurrit; ad rariore ergo casus jure referendus noster, cum ambo subjecti nostri ovaria hoc morbo laboraverint.
- (b) Quandoque in uno eodemque ovario hydropico, ast in plurima loca lamentea diviso diversæ consistentiæ, aquosæ scilicet, mucosæ, gelatinosæ, caseosæ, & diversi coloris, albicantis nimirum, subfusci &c. serum extravasatum reperitur. PEYER. IMHOFF. in HALLER. *Disp. l. c. p. 380.* VATER in tali ovario ex capsulis rotundis, diversæ magnitudinis coagmentato, liquidum & purulentum mucum vidit. *Illustr. HALLER. l. c. p. 402.* Ita & in nostra ægrota plenum ovarium ichorosæ, dextrum vero purulenta materia plenum erat,

erat. WILLI liquorem subfuscum decocto granorum Caffè saturato similem, viscidiusculum in ovario invenit. *Illustr.* HALLER. l. c. p. 150. BONETUS l. c. p. 503. Ovarium aqua limpidissima, subfalsa, parum foetente repletum, & p. 532. fero flavidiusculo, acri plenum recenset.

(c) Stagnans in ovario hydropico serum quandoque destructis ovulis atque cellulis in unica heret cavitare, cujus asserti testimonium noster præbet casus; interdum vero ex multis loculamentis, rotundis capsulis atque hydatidibus tumor conflatus cernitur; qualia exempla quam plurima apud *Illustr.* HALLERUM, BONETUM l. c. aliosque observatores consignata reperies.

§. XXI.

Innumeris fere & vix superandis intricata est difficultatibus affectus nostri Diagnosis, cum pathognomonica & propria signa, quæ in plurimis aliis morbis in omnibus subjectis evidentia esse solent, in nostro sæpissime obscura, æquivoca, alisque ovarii morbis communia sint. Non parum hæc adaugetur difficultas, si tunc demum ad ægotam Medicus accersitur, quando jam ad statum pervenit morbus, & ad stupendam ovarium increvit magnitudinem, vel morbus cum hydropice Ascite, quale exemplum noster nobis exhibet casus, complicatus est; quam plurima ergo colligenda sunt signa, probeque cum aliorum morborum, affinitatem cum nostro alentium, signis comparanda, si certi quid de hydropici ovarii existentia judicare volumus.

§. XXII.

Quamdiu feminae in debito ordine atque quantitate menstruum experiuntur fluxum, rarissime ovarii hydropice corripuntur; crebrius invadit eas, quæ illam attingere vitæ periodum, in qua naturæ lege paulatim cessare menstrua solent, vel plane jam evanuerunt; juvenes, nisi mensium emanatione laborarent, raro aggreditur. Nulla ab initio molesta adsunt symptomata.

mata, si gravitatis cujusdam in affecto latere incommoda excipias; nulla urget corporis lassitudo, nec tussis, respiratio libera est, pulsus micat naturalis, appetitus satis constat, urina mingitur sana & in debita quantitate, nec hæctica corporis confusio ullas parit molestias, aut minimam ægrotis suspicionem movet; quid ergo mirum, quod plurimæ earum hunc affectum ab initio negligant, imo quædam vana imprægnationis spe seductæ flocci pendant. Morbus interim paulatim progreditur, ægrotantes in alterutro, quandoque, aut rarissime, in utroque hypogastrii latere tumorem animadvertunt parvum, rotundum, inæqualem, & pro vario in alterutrum latus decubitu mobiliorum, qui paulatim incrementa capit, & ab inferiore abdominis regione temporis successu ad umbilicum, imo in quibusdam in epigastricam usque regionem ascendit. Equaliter tunc tumet venter atque tenditur, verum manu percussus neque tympani instar sonum edit, neque fluctuatio percipitur. Per plures sæpius annos absque ulla molestia, si gravativum quendam dolorem excipias, quo ægrotæ excruciantur, si in sanum latus decumbunt, circumgestant; ut plurimum tamen lassitudinem tunc percipere solent, incessus & respiratio fiunt difficiliore, pudenda & lateris affecti pes, mox & alter, oedemate corripuntur, alvus supprimitur, urina pallida, parca & non nisi cum difficultate excernitur, appetitus perit, corpus extenuatur, tandemque vel marasmo confectæ expirant, vel suborta in affectis corporis partibus gangræna vitam cum morte commutant.

§. XXIII.

Differt ergo morbus noster *a) a vera imprægnatione*, quam haud raro mentiri (§. præced.) diximus. In hac enim anorexia, nausea, vomitio, peracta conceptione, vehementius urgent, & pedetentim remittunt atque evanescent; in ovarii hydrope vero symptomata cum tumore paulatim augmenta capiunt

capiunt & graviora fiunt ; in illa, abdomen circa umbilicum æqualiter eminet, in hac, in alterutro epigastrii latere inæqualiter tumet ; gravidarum mammæ duriusculæ & grandiores evadunt, & compressæ lac præbent, cum hydropicarum molliter tumidæ reperiuntur, neque lac dent. Nodum tandem Gordium plane solvit infantis motus circa medium gestationis tempus sese exferens. *ρ) A mola*, quam ab initio haud raro veræ imprægnationis signa comitari solent, quæque varium corporis sequitur situm, atque inutilis instar ponderis de latere in latus devolvitur; in ovarii vero hydrope tumor tantum pro vario in alterutrum latus decubitu mobilior reperitur. Hydropicæ sensim contabescunt, pedum œdemate corripiuntur; molam gestantes rarissime aut nunquam tale quid experiuntur. *γ) Ab uteri hydrope*, in quo abdominis tumor æqualis est, magisque antrorsum prominens; in nostro autem morbo inæqualis existit, & alterutrum hypogastrii latus occupat. *δ) A tubarum hydrope*, figuræ diversitate discernitur. In tubarum quippe hydrope semicircularis, in ovarii vero rotundus observatur tumor. *ε) A Tympanita*, in quo totum abdomen cum dolore tympani instar tensum atque percussum resonat; in ovarii hydrope vero tumor mollior est, neque sonum edit. *ζ) Ab Ascite*, in quo totus ubique venter æqualiter tumet, aquæ percipitur fluctuatio, integumenta quoque molli pleurumque affliguntur tumore, ut impressorum digitorum vestigia retineant. *η) Ab Ovarii Scirrbo*, in quo tumor tactu perquam durus reperitur; in ovarii hydrope vero instar vesicæ aqua plenæ potius renititur.

§. XXIV.

Differt porro hydrops ovarii & inter se, & quidem:
 1) Ratione *loci affecti*, vel enim alterutrum tantum, vel ambo, hoc morbo tentantur (§. XX.). 2) Ratione *receptaculi*, quod aquam continet; vel enim ovarium, destructis ovulis atque

que cellulis, unicam format cavitatem, quæ stagnanti lymphæ hospitium præbet, vel innumera loculamenta, capsulas atque hydatides continet (§. cit. not. e.). 3) Ratione *qualitatis humoris* intus contenti; vel enim fluidus, limpidus & aquosus, vel viscidulus, gelatinosus & caseosus est: in quibusdam albicans, vel purulentus, vel ichorosus, in aliis turbidus, vel flavescens, vel subfuscus &c. existit: in his insipidus, in illis subsalsus aut acris est: in quibusdam inodorus, in aliis virulento factore præditus reperitur (§. cit. not. b.). 4) Ratione *qualitatis* aquæ extravasatæ: quandoque aliquot tantum uncias, quandoque fere centum (a) & ultra libras adæquat.

(a) Ex WEPFFERO allegat PEYER IMHOFF l. c. p. 381. *Thef. I.*

§. XXV.

Explicatis differentiis, eruendæ nunc sunt nostri morbi causæ & generationis modus. Innumeris instructa esse lymphaticis vasis & arteriosis & venosis ovaria (§. XVI.) innumus. Eadem vasa nimium dilatata totidem formant hydatides, vel disrupta efficiunt, ut lymphæ in cellulas effluat, in illis pedetentim coarctetur, cellulas mirum in modum aut tantum distendat, aut plane dilaceret. Destructis sic partim, partim compressis ab extravasata lymphæ vasis nutrimentum succum ovularis advehentibus, hæc nullum amplius capere incrementum possunt, sed potius temporis tractu obliterantur plane & evanescent; vel prægressa inflammatione suppurando consumuntur; ovaria hinc verum referunt utrem aqua plenum: cumque omne nunc nutrimentum in solas impendatur membranas ovarium cingentes, palam fit, cur absque rupturæ metu adeo mirifice quandoque expandi queant, & insigni pollentes crassitie post mortem reperiantur.

§. XXVI.

§. XXVI.

Hæcce vasorum lymphaticorum præternaturalis dilatatio & dilaceratio, lymphæque in cellulas effusio atque coacervatio alias præsupponit antecedentes causas nunc investigandas. Has nobis vel solida vel fluida ovarii vel utraque simul subministrant. Solida quod attinet, ovaria mala conformatione atque debiliori textura vel nativa vel adventitia quacunque ex causa v. g. abdominis contusione, casu ab alto, aut commisso in rebus non naturalibus errore &c. laborare possunt; cumque ovaria quoad maximam partem libera in pelvi fluent, sanguis per arterias advectus per venas valvulis destitutus (§. V.) ad perpendiculum cor versus revehi debeat, ovaria vero eorumque arteriæ naturali tono privatæ irruenti sanguini facile cedant, neque sufficienter in eundem reagant, sanguis necessario in dictis vasis accumulatur, nimiamque acquirit spissitudinem, & quoniam serum atque lymphæ circuitus lege haud interrupto flumine ex rubris arteriis in serosas & lymphaticas transeunt, ob nimiam autem spissitudinem atque labefactatum vasorum tonum in ejusdem speciei venas propelli nequeunt, in finibus harum arteriolarum subsistunt, coacervantur, serosa hæc atque lymphatica vasa continuo feri atque lymphæ affluxu ultra modum expansa tandem rumpuntur, serum & lymphæ in ovarii cellulas effunduntur, sequuntur mala (§. præced.) recensita.

§. XXVII.

Fluida vel quantitate vel qualitate vel utraque simul peccare possunt. Quantitas vel totum respicit corpus, præsentem scilicet quacunque ex causa universali plethora; tunc enim cor & arteriæ ultra naturalem dilatantur diametrum, debilius in contenta reagunt fluida, languet hinc eorundem progressus & intestinus motus, spissa atque tenacia evadunt, cum-

D

que

que cordis vis atque actio in vasa eo magis imminuitur, quo longius hæc ab illo distant, necessario ferum atque lymphæ sub hisce circumstantiis in secundi & tertii generis vasis stagnare, coacervari, & manentibus illis integris, hydatides formare, vel disruptis illis in cellulis accumulari, vel destructis his, ut & ovulis (§. XXV.) intra ovarii membranas colligi debent. Eadem quoque mala sequuntur, si particularis, ovaria tantum respiciens, plethora adest: quando scilicet sanguinem, ferum & lympham revehentes venæ ex nativa vel ascititia debilitate, compressione &c. suo non funguntur officio, nec fluida in ea proportione, qua advehuntur, cor versus amandant; vel quando impedito per uterina vasa (§. XIV.) humorum circulo, minus resistentia ovaria nimia feri & lymphæ quantitate obruuntur & inundantur. Quæ damna superabundans sanguinis quantitas parere solet, eadem & ex ejus defectu pertimescenda sunt: deficiente enim debita sanguinis copia, deficit & nutritio, naturalis perit solidorum tonus, vasa a contentis fluidis sufficienter distendi nequeunt, languet hinc solidorum in fluida reactio, hæc in illis stagnant, accumulantur &c. Ratione qualitatis sanguinis spissitudo & acrimonia accusandæ veniunt: illa obstructionibus ansam præbet, hæc erosiones efficit.

§. XXVIII.

Quas hæctenus evolvimus causas fere omnes a commissis in sex rebus non naturalibus erroribus foveantur & excluduntur. Aër enim humidus, vaporosus, debito elatere destitutus, solida nimium relaxando sufficientem eorumdem in fluida actionem impedit, unde salutaris adeo supprimitur insensibilis transpiratio, progressivus & intestinus sufflaminatur fluidorum motus, humores inspissantur & acres fiunt. Eundem quoque effectum edit aër frigidus. Cibi quantitate & qualitate peccantes crudum, spissum atque tenacem generant chylum, verum

rum qualis chylus, talis sanguis, qualis sanguis, tale & serum & lymphæ. Potus nimis parvus humores spissos reddit, spirituosus vero lympham coagulat. Vita sedentaria solidorum robur infringit, fluida inspissat, obstructions parit; nimius autem motus, labores duri solida tandem rigida reddunt, & difflata fluidiore parte, remanentes in corpore humores minus mobiles, spissos efficit. Somno si nimium indulgemus humores lentorem concipiunt, solida flaccescunt; nimis autem vigiliæ, fluidum nerveum dissipando, naturale solidorum robur enervant. Nimii sudores corporis nostri humores condensant. Venæsectiones frequentiores & copiosiores, omnis generis hæmorrhagiæ, nimius mensium, lochiorum, hæmorrhoidum fluxus, debitam sanguinis quantitatem corpori detrahendo, morbo nostro ansam præbent; præternaturalis vero harum excretionum suppressio plethoram generando eundem effectum edit. Ex animi pathematibus diuturnior mœror atque tristitia, naturalem solidorum tonum infringendo, laudabilem impediunt digestionem, crudum & viscidum gignunt chylum, sanguinis circulum languidum reddunt, & omnis generis excretiones supprimunt. Ad mali nostri causas hac ex classe merito quoque ita refertur, quæ humorum massam exagitando, & in variis infimi ventris visceribus spasmos excitando, liberum humorum circulum impedit, unde in aliis vicinis & a spasmo liberis organis particularis plethora, obstructions &c. oriri solent. Agmen claudunt frequentiores ponderosorum onerum gestationes, casus ab alto, fortiores abdominis constrictiones, quæ vel solida labefactando, varios prædicunt tumores, qui, reventia vasa comprimendo, seri atque lymphæ in ovariis stagnationi ansam præbent, vel in remotioribus partibus liberum humorum circulum intercipiendo, lymphæ dictis in organis stasi favent. Haud minori vi pollent varii morbi chronici prægressi, qui vel spasmos in imi ventris visceribus producendo, progressivum & intestinum humorum motum, in ventæ portarum systemate inprimis, retardant, vel humores

vifcidos & acres reddunt, quales sunt Malum Hystericum, Cacochymia &c. Incautus tandem & præmaturus adstringentium, opiatorum, vel & narcoticorum medicamentorum ad sistendum nimium sanguinis ex utero aut hæmorrhoidalibus vasis profluvium usus malum nostrum post se ducere solet: sublato enim subito hocce sanguinis profluvio, cruor perquam facile ad vicina loca v. g. ovaria regurgitat, atque recensitis (§. XXVII.) malis occasionem præbet.

§. XXIX.

Evolutis atque recensitis hydropis ovarii causis ordo postulat, ut nunc quoque indicemus, quænam ex illis nostro in subjecto ad hujus morbi generationem symbolam contribuere. Ex præfixa morbi historia patet mensium emanatione nostrum laborasse subjectum; naturalis hujus excretionis defectus plethoram tandem generavit; vasa hinc ultra naturalem distensa diametrum, & cor nimia sanguinis quantitate obrutum excedentem humorum massam debito modo circumagere recusabant; imminuebatur ergo progressivus & intestinus sanguinis motus, humores inspissabantur. Hancce fluidorum spissitudinem, commissis in diæta erroribus, in primis quotidiana spiritus vini ingurgitatione, adauxit defuncta, & quoniam angusta nimis vasorum in uteri cavum hiantium diameter menstruum sanguini denegavit exitum, pathemata autem hypochondriaco-hysterica humorum in reliquis abdominis visceribus circuitum difficilem & irregularem reddidere, maxima tandem regurgitantis ex utero sanguinis pars (§. XIV.) ad ovaria, libere quasi in pelvi fluctuantia, & ex innumeris duplici quidem est facile dilatabili membranæ inclusis cellulis (§. XVI.) constata, hincque minori resistendi vi prædita, ruebat. Adaugebatur ergo paulatim ab humoribus majori impetu & copia affluentibus vasorum diameter, lymphaticæ arteriæ crassiorem admittebant lympham, quæ, quoniam per ultimos earundem
fines

fines propelli non poterat, in illis subsistebat, eosque obstruebat. Continuo autem lymphæ affluxu adeo dilatata fuit lymphatica arteria, ut tandem rumperetur, & humor in cavum cellulæ ovarii effunderetur. Collecta sensimque coacervata in hoc loculamento lymphæ vasa nutritium succum ovulo adventitia comprimendo ulterius ejus incrementum impedivit, unde vel macrescendo, vel suppurando consumtum plane disparuit. Increfcente interim omni momento extravasati seri copia, cellulæ parietes ad effusi humoris mensuram distendebantur, hisque tandem ruptis, lymphæ vicina quoque inundabat loculamenta. Tali ratione malum quotidie incrementa cepit, donec destructis omnibus cellulis atque ovulis solæ superfites ovarii membranæ verum formarent saccum ichorosa & purulenta materia plenum, cujus volumen, non nisi efflato ulmo vitæ halitu, adaugeri desit. Mira atque præternaturalis membranarum crassities a superabundante lymphæ nutritia, quæ destructis cellulis atque ovulis, nunc tota in ipsarum impendebatur nutritionem, ortum duxit. Extravasati seri colorem atque consistentiam suppuratorum ovulorum atque cellularum puri cum probabilitate adscribi posse censemus.

§. XXX.

Principiis obsta, sero medicina paratur. Vetus est veridicum est proverbium, quod, si ullum in morbum, certe in nostrum convenit; etenim insensibile ejus principium, lentum & gradatim contingens incrementum, graviorum symptomatum per plures quandoque annos absentia in causa sunt, ut ægræ vel ex ignorantia, qualem in sinu foveant anguem, vel ex incuria commodissimum medicinæ tempus præterlabi sinant, atque tunc demum, quando nullum amplius contra vim morbi medicamen reperire licet, Medici auxilium implerent. Merito ergo morbum nostrum periculofum valde, imo plerumque incurabilem vel saltem quam maxime diuturnum prædicamus.

camus. Tarde quidem, atq; eo certius in tumultum foeminas ducit, nisi eam incongruo drasticonum remediorum usu mor- tem ipse accelerent, per plures quandoque, quindecim, vi- ginti & ultra annos subsistit. Sæpius, quando ovarium ad insi- gnem increvit molem, vel humorum in imi ventris visceribus motum retardando, vel, rupto præ nimia mole ovario, aquam in abdominis cavum effundendo Ascitem producere solet. Quan- do in utroque ovario suam figit sedem, & ad eum pervenit gradum, ut destructis ovulis cellulisque ovarium merum aqua plenum referat utrem, sublato licet morbo, sterilitatem parit.

§. XXXI.

Pedem nunc ad alterum fonticum morbum, ex priori quoad magnam partem natum eumque comitantem, Abdominis scilicet Hydropem, promovemus. Est vero ascites modo major, mo- do minor abdominis tumor, ab effuso præternaturaliter in imi ventris cavum sero ortum ducens. Germanis die Bauchwasser- sucht audit.

§. XXXII.

Quibus noster imminet morbus aliqualem ab initio corporis sentiunt torporem, appetitus satis adhuc constat, somnusque tranquillius vires reficit. In quibusdam ingruente morbo levis, pallidus, frigidus, mollisque, noctu per tempus disparens, interdum vero denuo apparens, atq; quotidie majora capiens incrementa tumor circa malleolos pedes occupat. Tandem vero non amplius nocturno disparet tempore hic tumor, sed potius, in aliis citius, tardius in aliis, ad furas, femora, in- guina, lumbos, abdomen & ad cordis usque scrobiculum ascen- dit. In aliis autem, inverso plane modo, primum in imo ven- tre sese prodit tumor, quo ad certum usque gradum aucto, inferiores quoque extremitates descripto superius ordine intu- mescere solent. Fluctuantem tandem in abdominis cavo per- sentiscunt

fentiscunt aquam, si de latere in latus sese volvunt ægrotantes. Ventris interim tumor adeo increfcit quandoque, ut vix pedes cernere amplius queant. In quamplurimis nobilioris sexus ægrotis scrotum non solum, sed & penis cum præputio adeo intumescunt, ut illud capitis sæpe magnitudinem adæquet, hic vero, instar cochleæ, mirum in modum intorqueatur, unde urinæ excretio haud raro difficilis redditur. In sequiori verò sexu externæ genitalium partes tumescunt, uterique vagina ab extravasata in abdominis cavo aqua ita quandoque relaxatur & elongatur, ut ipsa procidat. Respiratio sub hisce circumstantiis fit difficillima, miseros angit ægrotos præcordiorum anxietas. Molesta præterea, plerumque sicca excruciantur tussi. Urina ab initio assumti liquidi quantitati respondens, ingravescente malo parca, lixiviosa, lateritium plerumque deponeus sedimentum mingitur. Alvus, prius laxa, nunc supprimitur. Clamofa & inexplebilis, juxta tritum illud: *Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ*, urget sitis. Pulsus micat parvus celerque, lenta accedit febris superiores depascens corporis partes, viresque consumens, parum vero perspirant ægroti, nec in sudorem proclives sunt. Tandem & manus vel alterutra vel utraque simul intumescunt; quod si hoc tempore ad summum evehitur gradum præcordiorum anxietas, cordis præterea accedit palpitatio, & pectoris Hydropem nunc supervenisse cum probabilitate concludere licet. In inferioribus interim extremitatibus molestum percipiunt pruritus, quem maculæ primo rubicundæ, postea lividæ, tandemque nigre excipiunt, quæ in vesiculas extolluntur, & ruptæ acre plorant serum, circumjacentes inflammans partes, & difficillimæ curationis producents ulcera; quandoque tamen bono ægrotorum omine viam sibi & exitum per pedes aqua parit. Tandem accedunt deliria, narium hæmorrhagiæ, facies hippocratica, abdominalia viscera inflammantur, sphacelo sidentur, placidaque demum mors tragœdiæ finem imponit.

§. XXXIII.

Pathognomicum, quo ab omnibus aliis abdominis tumoribus, Ascitem æmulantibus, discerni potest, signum est fluctuantis in imi ventris cavo aquæ perceptio; imponendo scilicet uni abdominis lateri sinistram manum, & percutiendi dextra oppositum latus.

§. XXXIV.

Magnam, abdominis tumorem tantum si respicis, cum Tympanitide alit similitudinem Ascites, toto interim cœlo inter se differunt. In Tympanitide (*a*) enim a flatibus in intestinis incarceratis, vel ab extravasata in abdominis cavo, inque vapores resoluta aqua imus distenditur venter, atque manu percussus tympani instar resonat. Ne gravidam cum muliere Ascite laboranti facile confundamus, ad sequentia attendere signa debemus: gravidarum faciei color vividus ut plurimum, hydropicarum vero pallidus existit. Abdomen in illis inæqualiter tumet, sursumque præcordia versus ascendit tumor, in his autem æqualis magis conspicitur venter, tumoreque inferiorem præcipue abdominis partem occupat. Gravidarum mammæ quotidie magis magisque intumescunt, hydropicarum econtra potius detumescunt. In illis nulla præternaturalis observatur sitis, hæc vero inexplebili excruciantur potulentorum desiderio. In gravidis nulla in abdominis cavo percipitur fluctuatio, neque eo, quo se vertunt latere, labitur tumor (*b*). Omnem tandem adimit dubitandi rationem infantis circa medium gestationis tempus perceptus in utero motus (*c*). Qua ratione Ascites ab Uteri, Tubæ Fallopiæ, & Ovarii hydropæ distingui possit, ex tradita superius (§. XXIII.) hydropis ovarii ab his morbis differentia, mutatis mutandis, facile patecet. Differt tandem hydrops Ascites & inter se, alius enim verus, spurius alius est. Verus audit, si in ipsa abdominis

dominis cavitate aqua colligitur. Spurius vocatur, si vel omento ceu sacco includitur, vel intra Peritonæi duplicaturam hæret, vel Hydatides abdomen in tumorem attollunt.

- (a) Bene ab invicem distinguendi hi duo morbi, cum Tympanites hæud raro, pessimo ut plurimum indicio, tanquam symptoma nostro sese associare soleat. HOFFMANN. *l. c.* §. 7. p. 425.
 (b) Adesse quoque hoc signum solet, si mortuum infantem aut molam utero gerunt, aut quoniam nulla, percusso manu abdomine, percipitur fluctuatio, & in hoc casu minime difficilis diagnosi erit.
 (c) HOFFMANN. *l. c.* §. 27. p. 442.

§. XXXV.

Proxima ascitæ causâ est serum loci errore peccans, & in abdominis cavum effusum. Præsupponit vero vel serosorum, tam exhalantium, quam resorbentium vasorum nimiam relaxationem, vel impeditum seri ex arteriis in venas transitum, unde in illis stagnat, accumulatur, ea nimium distendit, donec rumpantur, quo facto serum in ventris cavum effunditur. Quidquid ergo naturalem solidorum tonum destruit; corporis nostri humores viscidos reddit, vel comprimendo vasa fluidorum versus cor refluxum impedit ad prædisponentes & occasionales morbi nostri causas referre licet. Ad hanc classem pertinent: 1) Procera corporis statura; in hisce enim subjectis sanguinis ad cor reditus per se jam lentus fatis tardusque, accedentibus occasionalibus causis facile difficilior redditur, unde seri ex arteriis in venas transitu impedito, priores nimium distenduntur, tandemque plane rumpuntur. 2) Spongiosus atque mollis corporis habitus, sub quo fluida solida quantitate nimium exsuperant, & solida laxa nimis fluidorum actioni non sufficienter resistere, nec in illa reagere queunt, unde fluida tandem inspissantur, in vasis stagnant, accumuluntur, ea distendunt & dilacerant. 3) Ætas senilis, in qua solida rigida nimis contenta fluida debito modo circumagere nequeunt, unde hæc lentorem concipiunt, obstructionibus viscerum imi ventris occasionem præbent, quas morbus noster facile excipere solet. 4) Varii morbi perversa methodo tractati. Inter hos agmen ducit febris intermittens, inprimis quartana, si ante referatas obstructiones,

nes, decenterque correctam & evacuatam peccantem materiam specificis debellatur; porro nimium sanguinis[ex utero aut hamorrhoidalibus valis (a) profluvium adstringentium, opiatorum vel & narcoticorum pramaturu usu subito sublaturum. Item Arthritis, Podagra, Scabies vel sponte retrocedentes, vel incongruo topicorum usu retropulsa; simplex pedum oedema, neglectis necessariis cautelis repellentibus exceptum; antiqua pedum ulcera, vel sponte subito coeuntia, vel medicamentis consolidata. §) Varii morbi diuturniores abdominalium viscerum obstructiones post se ducentes; quales sunt: Diarrhoea, Dysenteria, Fluxus hepaticus, Icterus, Lienteria (b). Huc quoque referre licet Febres ardentes (c), quando scilicet ad extinguendam sitim magnam potulentorum ingurgitant quantitatem aegrotantes; neque postea urinae & transpirationis excretio assumpti potus mensurae respondet. In foeminis praeterea hydatides in corruptis vel obstructis ovariis ortae & disruptae (d), vel ovarium hydropicum mole insigniter auctum vicinas partes comprimendo nostro quandoque morbo ansam praebere solent. 6) Varia tandem medicamenta heroica imprudenter adhibita; v. gr. improvidus ad excitandam salivationem mercurii usus; fortiora & drastica purgantia &c. Qua ratione commissi in sex rebus non naturalibus errores hydropem foveant, (§. XXXVIII.) iam indicavimus, hinc eas, ne crambem bis coctam B. L. apponamus, sicco pede transimus.

(a) HIPPOCR. *Aphor.* S. IV. 12. CELSUS *de Med.* L. II. C. 7. p. 62. 10. *Lugd. Batav.* 1746.

(b) CELSUS *L. II. C. 8. p. 74. 25.* HIPPOCR. *Aphor.* S. VI. 43.

(c) HIPPOCR. *Epidem.* L. VII. 22. *Prænot.* VIII. 42. *Coac.* 452.

(d) SYDENHAM *Tract. de Hydrop.* p. 610. *Et sq.*

§. XXXVI.

Ex haecenus dictis sole meridiano clarius patet, plures atque magni ponderis causas in nostra concurrisse defuncta, quae Ascitem generare valent. Mensium enim emansio plethorae viam aperuit, haec naturalem vasorum tonum pedetentim destruxit, humores inspissavit, obstructionibus atque indurationibus in utero ansam praebuit. Eadem haec emansio praeterea ovariorum hydropis causa extitit: postquam vero sinistrum ovarium ad tantam excrevit magnitudinem, ut in umbilicalem usque regionem sese extenderet, insignis haec moles vicinas partes necessario comprimere, humorum circulum, per se jam languidum, magis adhuc retardare, lymphae ex arteriis in venas transitum impedire debuit. Accumulabatur hinc in arteriarum finibus lymphae, vasa ultra modum distendebantur, tandemque rupta lympham in abdominis cavitatem effundebant. Indicatam superius humorum, inprimis lymphae, spissitudinem magis adhuc adauxit quotidiana & continua fere spiritus vini ingurgitatio, quae sola, quotidiana experientia teste, nostrum procreare morbum potest.

§. XXXVIII.

§. XXXVII.

Prognofin quod fpectat, notandum quod, fi fubjectum eft juvẽnile, vilcera fana nec obftructa & fcirrhofa, vires vegetæ funt, refpiratio facilis, totum corpus æquali perfunditur calore, neque tuffis, neque inexplẽbilis ægrotantem ex cruciat fitis, lingua non exarefcit, appetitus conftat, ciborum digeftio bene peragitur, & ægrotus ab affumtis cibus non male fe habet, excrementa mollia & figurata funt, urina affumta liquida quantitate exfuperat, defatigationem facile fuffinet æger, neque laffitudinem perfentit (a), recuperandæ fanitatis fpes affulgeat. Sinifter vero prædicendus eft eventus, fi morbus diu jam duravit, ex obftructo atque fcirrhofo quodam nobiliori abdominis vilcere, a difruptis lymphaticis vafis vel hydatidibus ortum ducit, fi vires admodum fractæ funt, Orthopnoea accedit, intensa ægrotantes torquentur fiti, pauca, rubicunda, lixiviofa cum fedimento latericio mingitur urina, fi valida fupervenit tuffis (b), appetitus plane proftratur, ab affumtis quibufvis læduntur, præcordiorum anxietas infigniter adaugetur, hæctica febris atque diarrhœa accedunt, narium hæmorrhagiæ fupveniunt (c). Porro notandum pedum œdemata rupta morbum quidem quandoque folvere, ac fæpiffime accedentem ex improvifo gangrænam vitæ finem imponere; ita & fœmias uterum fcirrhofum corruptumque gerentes morbo noftro mori affirmat HOFFMANNUS (d). Ex quibus facile judicare licet, nullam defunctæ reconvalfcientiæ fperam fuperfuiffe, etenim morbus vehementior quam medicinæ inftrumenta extitit.

(a) HIPPOCR. Prædicf. II. 39.

(b) HIPPOCR. Aphor. S. VI. 35. S. VII. 47.

(c) Tales hæmorrhagiæ eo tantum in cafu mali funt ominis, fi gravior fimul concurrat vilceris cujufdam labes, his vero integris non tantum non periculofa quandoque obfervantur, fed & interdum morbum folvunt. E. N. C. XIII. 331.

(d) loc. cit. p. 444.

§. XXXVIII.

Nunc etiam methodus, hæcenus defcriptis morbis, medendi nobis tradenda efferet; verum dicati Inaugurali Specimini limites, temporis que anguftia jubent, ut vela hic contrahamus. Coronidis faltem loco quadam adhuc phænomena, quorum in morbi Hiftoria mentionem fecimus, nobis illuftranda fuperfunt. Omentum, quod in Afcite defunctis (a) ut plurimum corruptum & fibacelatum, vel plane extenuatum & abfumptum reperitur, in noftro defuncta fubfufco tinctum erat colore, ejufque craffities minimum adæquabat digitum. Præternaturalem hanc craffitiem fpiffa & in cellulofa duas omenti laminas invicem connectenti tela coærvatæ atque ftagnanti lymphæ adfcribimus, quæ, reforta

resorpta a vasis bibulis fluidiore parte, tandem in solidum transit corpus. Subfuscum ejus colorem ab incipienti corruptione deducimus.

Ovarium sinistrum cum Omento mediantibus *viginti tribus membranaceis coaluerat laciniis*, quoniam vapor iste in omnibus corporis cavitatibus in naturali statu ex arteriolis minimis exhalans, & ne contenta viscera præternaturaliter invicem coalescant, impediens, ob corruptum Omentum atque Ovarium deficiebat.

Vaginae uteri Prolapsus ab extravasata in abdominis cavo aqua pendet, quæ eandem nimium relaxando procidentia ansam præbuit.

Præternaturalis colli uteri longitudo sui causam in dicto modo vaginae prolapsu agnoscit.

Intestinorum inflammatio ab incipiente extravasata lymphæ putredine & acredine derivanda est.

Hæc sunt, quæ de complicato adeo morbo proferre tenues permisere vires temporisque angustia. A Te vero, L. B. si non cuncta ad Tuum fuerint palatum, submissam petimus veniam, & ut primo favæ conatui, est quod decentibus formulis rogamus.

(a) HOFFMANN, l. c. §. 1c. p. 423.

FINIS.

FIGURÆ EXPLICATIO.

- AAA. K. B. Uterus, cujus Collum B. secundum longitudinem, Corpus K. vero & Fundus inter tria Tubercula AAA. aperta sistantur.
 AAA. Tubercula Uteri scirrhusa.
 B. Uteri Collum præter naturam elongatum.
 C. Vaginae Pars superior Uteri Collo annexa atque scalpello aperta.
 D. Vaginae Pars inferior per ejus Orificium LL. prolapsa.
 EE. Colli Uteri finis.
 F. Ovarium dextrum.
 G. Ovarium sinistrum.
 HHHH. Laciniae membranaceæ, quibus mediantibus Ovarium sinistrum cum Omento coaluerat.
 II. Pars Nympharum.
 K. Uteri corpus.
 LL. Vaginae Orificium.
 M. Ovarii sinistri pars discissa & reclinata, ut ejus interna superficies oculis pateat.
 NNNN. Reliquiae Cellularum Ovarii.
 O. Ligamentum, quo mediante Ovarium cum Uteri Fundo connectitur.
 P. Ovarii dextri pars discissa & reclinata.

t cor-
us.
mem-
poris
, ne
, ob

pen-

vagi-

entre-

ermi-
ta ad
o fa-

osing
d'out
d'out
d'out
d'out

ulhai

orpus
(a)

gni-

icies


itur.



H


Weis ad Nat. del. et sculp. Arg.





Weyss ad Nat. det. et sculp. Art.







Strassberg, med. Diss., 7.
Faust-Fuchs
(1.)

ULB Halle

3


004 932 633



5b







Farbkarte #13

B.I.G.

2

Q. D. B. V.

PRO INAUGURALIS MEDICAE
 SISTENS
 ARGUMENTUM
 UTRIUSQUE OVARIUM
 CONJUNCTO LABORANTEM
 QUAM
 VIS SUB AUSPICIIS
 ENSU ET AUCTORITATE
 FACULTATIS MEDICÆ
 LICENTIA
 M DOCTORIS
 ILEGIA RITE CONSEQUENDI
 DITORUM CENSURÆ SUBMITTIT
 ES JACOBUS FEHR
 GALLO-HELVETUS
 XI. JULII A. R. S. MDCCLXII.
 H. L. Q. C.

ARGENTORATI
 ENRICH HEITZII Univerſitatis Typographi.

